

**3536** sancto Silvano | Abascantus Aug. lib. Atimetianus | ampliato podio marmora reliq. quae defuer. | adiecit, et aedem opere signin. inposuit, in qua | consecravit signa Silvani Iovis Volcani | Apollinis Asclepi Deanae, item typum et | pavimentum Graecense<sup>1</sup> ante podium eius d. p.<sup>2</sup> XXIV.

*Romae ut videtur, quamquam de loco non traditur (VI 636 solus servavit Sirmondus). — 1) Pavimentum Graecense id esse quod Plinio Vitruvioque dicitur Graecanicum, monuit Mommsen. — 2) Pedum.*

**3537** Silvano Flaviorum | Cassianus T. Flavi Aug. lib. | Celadi liberatus fecit una | cum Flavis Cassiano et | Amando filis. Inchoata | Antonino Aug. Pio p. p.<sup>1</sup>, | dedicata XV k. April. | Scipione Orphito<sup>2</sup> et | Sosio Prisco cos.<sup>3</sup>

*Romae rep. ad tertium lapidem viae Labicanae (VI 644 vidit Henzen). — 1) Intellegendum videtur: Antonino Aug. consule, fortasse quartum consule (a. 145). — 2) Plerumque scribitur Orfit-. — 3) A. 149.*

**3538** Silvano | Caeserianensi | Trophimus | act.<sup>1</sup>

*Prope Beneventum ad S. Maria Tuori (IX 2115 vidit Dressel). — 1) Actor.*

**3539** Silvano Pegasiano<sup>1</sup> | D. Fonteius Frontinianus | L. Stertinius Rufinus leg. | Augustor. pr. pr., cos. des.

*Lambaesi rep. in templo Aesculapii, cf. supra N. 3054, infra N. 3844 (VIII 2579° vidit Wilmanns). — 1) A quo Pegaso hic Silvanus nomen traxerit, nescimus (viz licet cogitare de Pegaso iuris auctore temporibus Flavianis, quem sane plurimis provinciis praefuisse traditur).*

**3540** Silvano dendrophoro sacrum, | M'. Poblicius Hilarus margar.<sup>1</sup> qq. pp.<sup>2</sup> cum liberis | Magno et Harmoniano dendrophoris M. d. m. de suo fecit.

*Romae in aedibus privatis (VI 644 vidit Kiessling). — 1) Margaritarius. — 2) Quinquennalis perpetuus scilicet collegii dendrophororum Matris deum magnae. Titulum statuae, quam huic ipsi Hilario collegium dendrophorum posuit infra dabimus.*

**3541** Silvano sacrum, sodal. | eius et Larum<sup>1</sup> donum | posuit Ti. Claudius Aug. | lib. Fortunatus a | cura amicorum | idemque dedicavit | et epulum dedit | decuris n. IIII, | k. Augustis C. Mini|cio Fundano et | C. Vettennio Se|vero cos.<sup>2</sup>

*Romae, iam Oxonii (VI 630 vidit Huebner). — 1) Sodalicio eius, sc. Silvani, et Larum. — 2) A. 408 (cf. supra N. 2002).*

**3542** [T]rypho templum | [Silvano] ex viso a solo inpendiis | [suis] restituit, Colonus Al|[c]es nutriticis fecit conserv.<sup>1</sup> | Silvano | sancto sacro (sic) | Larum Caesaris | n. et collegi ma|gni<sup>2</sup>, Cn. Turpilius | Trophimus voto | suscepto aram | de suo d. d.

*Romae rep. in regione Transiberina (VI 692 descripserunt Smetius alique). — 1) Conservis. Ceterum haec (in plintho basis ut videtur) postea addita. — 2) Vide ad N. 3543.*